flatibus venti agitata validius accendi solet
Ita diuini studii ardor qui in pectore Wolf
gangi a pueritia caluerat · nullo temptacionis
imbre potuit extingui Ex illo itaque tempore
sicut ipse fateri solitus erat omnia verba sunt audienda
de nullo carnali demonstratore scripturarum
apprehendit penetralia tantoque sibi postea crevit
amplius ingenium quantum distat inter hi
bernum solem et estiuum; Denique virtutis profectionis
viri dei matrescens cottidie se ipso robustior
virtutibus succrescebat, ut iam in corde suo
quasdam claustralis conversacionis ostensiones
facere disponebat Nam ipse amici precibus Hain
rici cum quo familiaritatem habuit tantum bonum extra
hereatur omnimodo secularibus renunciare desideri
sed assidue tractans · quia ~~distulit~~ caritas
non querit que sua sunt · sed que alterius ad tempus
distulit quod postea devotius impleuit · Breui
denique evoluto tempore · Haimricus ab ottone
magno treuerensium suscepit archiepiscopatum
et ut secum illuc adueniret · obnixe flagitabat
beatum Wolfgangum At ille aliquamdiu resistens ·
tum bene non posset male voluit esse rebellis ·
Profectus itaque cum amico Cuius venerabilis
antistes in tenere dilectionis vim quam erga eum